iure datoris, extinguitnr
quoque, & reſoluitur ius
acceptoris, argum.l.peto.
69.§.prædium 1.ff.de leg.
2.l.fundum.7. ff. de actio-
nibus empt. Hartma. Piſt.
lib.2.q.44. nu.8. Atque ita
poſt Clarum noſtrum, &
ab eo relatos hic tradunt
Schrader.in tract. feu par.
8.c.2.nu.10. Vult.lib.1.de
feud.c.10.nu. 80.& D.Bo
cerus in tract. de commo-
do,& iure ſenioris, &c.li-
bro 2.cap.6.nu.73.& ſeqq.
Harprec.

c *Poſſit ſubinfeudari.*]
Pone factam eſſe ſubinfeu
dationem, modo quęritur,
quid ſi ſecundus commit-
tat feloniam, cui deuolua-
tur res, an primo domino,
an vero primo feudatario?
vide per Alexand. in l. poſ-
ſi dere,§.ex contrario,ff.de
ac quir. poſſeſſ. *Giach.*

d *Sed ſi ſit feudum deci-*
5 *marum.*] An,& quatenus
vaſallus, qui decimas ab
Eccleſia in feudum habet,
de hoc feudo alium inue-
ſtire queat, pręter Clarum
noſtrum, ſatis explicant Za
ſius in epitom.feud.par.9.
num. 17. M.in conſuetud.
Pariſ.§.46.q.4. Schrader.
d.par.8 cap.2.nu.17. Co-
uarr.lib.1 variar.reſolu.c.
17.nu.5.verſ. præter hæc,
& illud Mozz.in tracta.de
feud.rubr.ſiue titul. de re-
bus, &c. num. 20. & Ro-
ſenthal.d. tract. feud. cap.
4.concluſ.28. numer.2.&
ſeqq. *Harpr.*

Tria requiruntur.]
Adde, vt per Iac. qui etiam
idem tenet, atque iſta tria
commemorat in ſuis quę-
ſtionibus feud. q. 30. ſub
num.38. & de duobus pri-
mis requiſitis, vide per So
cin. commune atteſtātem
tam in feudo habito à lai-
co, quam in feudo habito
ab Eccleſia, in conſilio 66.
col.2.& poſt num. 5.volu.
3.& dixi d.collect.mea,nu
mer.14.& 35. *Giach.*

Tria requiruntur.] Ad
6 hoc, vt † ſubinfeudatio va
leat, tria iure feudali co-
pulatè deſiderantur. Pri-
mum, vt fiat ſincerè, &
abſque fraude, d.titul.9.in
princ. verſ. ſi verò,& d.ti-
tul.26.§.beneficium,lib.2.
F. Deinde, vt fiat perſonæ
æquali, aut certè melioris
non deterioris conditionis
quam eſt vaſallus,d.tit.26.
§.beneficium, ibi, dum ta-
men militi detur, &c. &
prædicto tit.34.§.ſimiliter

c *poſſit* [c] *ſubinfeudari. Contra-*
riam autem opi. quod imò poſ
ſit ſubinfeudari, tenuit Iac.de
Beluiſ. in c. 1. in princ. qui feu
dum dare poſſ. & hæc opin. eſt
magis communis, vt dicit So-
cin. conſ. 66. poſt nu.3. lib.3.
Zaſius de feud. in 4.par. verſ.
Secundo fallit. Licet enim Ec-
cleſia in multis ſit priuilegia-
ta, in hoc tamen non videtur
poſſe allegari probabilis ratio
diuerſit atis inter Eccleſiam,
& priuatum: merito eodem iu
re cenſeri debet.

3 *Sed quid* [d] *ſi ſit feudum de-*
d *cimarum, nunquid laicus cano*
nice inueſtitus ab Eccleſia, de
aliquibus decimis, poterit a-
lium laicum de ipſis decimis
infeudare? Reſpon. quod non,
etiamſi accederet auctoritas,
& conſenſus Epiſcopi. Ita te-
net Innoc. in c. prohibemus. de
decimis, & ita ſentiunt com-
muniter Doct. vt ait Abb. in
eod. c. prohibemus, nu.4. quem
refert Iacob. in verbo, in feu-
dum, poſt num. 40. Ratio au
tem differentiæ inter feuda de
cimarum, & alia feuda Eccle
ſiaſtica eſt, quia laici non poſ
ſunt decimas retinere ſine pe-
riculo animarum ſuarū: ideo
Eccleſia omni ſtudio conatur
eas ex eorum manibus extir-
pare, quæ cauſa non militat in
alijs feudis, quæ licite etiam a
laicis retinere poſſunt. In con-
trarium tamen facere viden-
tur ea, quę dixi ſupra, quæſt.
13. verſ. Sed quæro.

4 *Scias tamen, quod ad hoc,*
vt huiuſmodi ſubinfeudatio,
quæ fit per primum vaſallum
e *valeat, tria requiruntur. Pri*
mum, quod vaſſallus hoc fa-
ciat bonæ fidei, & ſine fraude.
Secundum, quod ille cui ſubin-
feudatur, ſit eiuſdem cōditio-
nis, & qualitatis, cuius eſt ip-
ſe vaſallus. Tertiū, quod ſub-
infeudet cum eiſdem pactis,
& conditionibus, cum quibus
ipſe tale feudum tenebat. Ita
dicit glo. in d. c. 1. §. præterea,
in gl. magna, circa fin. quæ in
hoc eſt cōiter approbata, vt
atteſtatur Iac. in verbo, & cū
pacto. de non alien. poſt nu.2.
in verbo, ita etiam quod ipſi
poſt num. 3. & dicit Molin. in
conſuet. Pariſ. feud. §. 32. nu.
18. quod omnes Doct. illam ſe
quuntur.

5 *Sed circa huiuſmodi ſubin-*
feudationem eſt aduertendū,
quia principaliter concernere
poteſt, & pręiudicium domi-
ni, et etiam pręiudicium agna
torum: puta ſi vaſallus non ha
bens filios inueſtiat alium ha-
bentem filios, quo caſu, cum
per eius mortem eſſet operien
dum feudū domino, vel agna-
tis, iuxta qualitatem feudi s
nulli dubium eſt, quin talis
ſubinfeudatio reſultet in eo-
rum omnium pręiudicium; &
ideò aliqui dicebant, quod feu
dum ſubinfeadatum non de-
beat remanere penes ſecundū
vaſallum, & eius deſcenden-
tes, plus, quam remanſiſſet pe-
nes primum vaſallum, & eius
deſcendentes, & hoc ſiue feu-
dum eſſet aperiendum domi-
no, ſiue agnatis. Alij dicebāt
quod quatenus tractaretur de
pręiudicio domini, feudū debe
ret remanere penes iſtum ſe-
cundum vaſallum, etiam poſt
finitam lineam primi, ſecus au
tem quatenus cōcerneret prę
f *iudicium agnatorum. Et pro*
hac opin. videtur tex. expreſ-
ſus, quē ad hoc ponderat Cur.
iun. in loco ſupra allegato in
c. 1. §. 1. qualit. olim feu. pote.
alien. vbi dicitur, quod quomo
docunque primus vaſallus eſ-
ſet feudo priuandus, nō poteſt
feudum adimi ſecundo vaſal-
lo, ſi ſit paratus iſtud ab ipſo
domino recognoſcere, & illi
ſeruire. In practica tamen cre
do, qnod non poſſit ſuſtineri,
Quantum vero ſit ad preiudi-
cium agnatorum, omnes fere
conueniunt, quod quando feu-
dum eſt antiqnum, ſiue pater-
num, non durat apud ſecundū
vaſallum, niſi donec viuit va-
ſallus, qui ſubinfeudauit, vel
eius deſcendentes. Eo autem
mortuo, reſoluitur ſubinfeuda
tio, venitque proximior agna
tus ad feudum. Ita dicit Spec.
de feud. §. quoniam. verſ.39.

ibi in feudum tamen re-
cte dabit, ſi ſecunda perſo-
na ſit talis, &c. lib. ſecun-
do.F. Tertio, vt fiat ijdem
ſub conditionibus, ſub qui
bus ſubinfeudās illud a do-
mino accepit. dict. tit.34.
§.ſimiliter. verſ. profecto
ille, lib.2. F. Verum de hi-
ſce ſubinfeudationis requi
ſitis, exquiſitè, poſt alios
diſſertant Borcholt. in cō-
mentar. in conſuetud.feu.
capit. octauo, numero 50.
Hartman. Hartm. de feu.
obſeruat. 38. Mynſinger.
cent.1.obſeru.62. Hartm.
Piſtor.d.quæſt.44 nnm.4.
Mozz.d.tract. de feud.tit.
de his, qui feud. dar. poſſ.
numero 26. Vulte.d.lib.1.
de feudal.cap.10.num.81.
cum ſequentib. & Henri-
cus à Roſenthal.d.tractat.
feud.c.9. membr. 1. concl.
43.& ſeqq. necnō H.in tra
ctat.feud.c.12.pag.323.&
ſeqq. *Harpr.*

f *Agnatorum.*] Irem
quod mortuo infeudante,
proximior agnatus admit-
tatur ad reuocationem ip-
ſius infeudationis, etiam ſi
ſine fraude facta fuiſſet di
cta infeudatio, per Rolan.
conſ.67.nu.17. *Giach.*

Præiudicium agnatorū.]
7 An † & quatenus ſubin-
feudatio fieri poſſit in præ
iudicium agnatorum, poſt
Clarum hic noſtrum, decla
rant Hartman. Piſt. d. lib.
2.quæſt.44.num.6. Vulte-
ius d.cap.10.num.82. ver-
ſic tertio ne fiat, &c. Ro-
ſenthal.dicto c. 9. membr.
1.concluſ. 48. alijque ferè
ſexcenti, ad hoc recenſiti.
Harpr.

g *Pone, quod iſte ſecun*
dus vaſallus, &c.] Quod
8 non ſolum † vaſallus, ſed
& ſub vaſallus feudū ſuū,
alij in feudum concedere
poſſit, & ſic deinceps,
non tantum bis, vel ter,
ſed vſque in infinitum, pa-
tet ex capitulo primo.§.ſi-
militer, ibique Aluarott.
&

& eſt communis opi. vt dicit Alex. conſ. 15. num.9. lib. 5.
quem refert Ruin. conſil.37. nu. 18. lib.1. & conſ. 213. poſt
nu.2. eod. vol. Cum enim feudum iſtis agnatis debeatur expa
cto, & prouidentia primi concedentis, merito non poteſt va
ſallus aliquo modo eis pręiudicare per huiuſmodi ſubinfeu-
dationem. Et ita volunt communiter Doctores, vt dicit Be-
rous quęſt. 79. num.5.

6 *In propoſito huius concluſionis quęro; Pone, quod* [g] *iſte*
g *ſecundus vaſallus, cui feudum fuit ſubinfeudatum, velit il-*
lud alienare, nunquid requiretur conſenſus prioris, & ſupre-
mi domini, an autem conſenſus domini immediati, qui ſubin-
feuda-

& Præpoſit. de lege Cor-
rad.tit.34. lib. 2. F. Schra-
der.in tractat.feud part.8.
cap.2.num.13.& D. Boce
rus dict. tract. de commo-
do, & iure ſenior.lib.2.ca-
pit.6.num.82. & ſequent.
Harpr.

feudauit? Reſp. quod requiri-
tur coſnenſus prioris, & ſupre
mi domini, non autem conſen-
ſus dnmini immediati. Ita di-
cit gloſ. in c. Imperialem, §. il-
lud, verbo, Niſi requiſitus,
prohib. feudi alien. per Fri-
der. & eſt magis commu. opi.
vt atteſtatur Iacob. in verbo, Et cum pacto, de non ali. nnm.

21. & ſeq. Cagnol. in leg. conſilij. §. ſocij mei, nu.9. ff. de reg.
iuris. Zaſ. de feud. in 9. parte, verſ. Sed occurrit. Nam apud
primum vaſallum, poſt factam ſubinfeudvtionem, non rema
net neque directū, neque vtile dominiū, ſed ſolummodo quæ
dam reliquiæ vtilis dominij, quæ tanquam modici momenti
non attenduntur, ſed attenditur prima, & potior cauſa, quæ
eſt dominium directum remanens apud primum dominum.
Quod nota, quia cum hęc quęſtio ſemel cōtigiſſet de facto, ali
qui, qui prædicta non viderant, reſponderunt contrarium.

QVÆSTIO XXXIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus an poſſit ſine conſenſu domini feudum alteri locare.*
2 *Et an dare ad libellum.*
3 *Et an concedere in emphyteuſin.*
4 *Et quid de conſuetudine.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vaſallus ſine conſenſu domini feudum alteri locare queat.*
2 *Locatio ad tempus longum alienatio non videtur.*
3 *Alienatio feudi per libellum facta eſt prohibita.*
4 *Contractus libellarius quis.*
5 *An, & quatenus datio in emphyteuſin vaſallo interdicta, re-*
miſſiue.

ADDITIONES.

a AN *vaſallus poſſit ſine conſenſu domini feudum alteri loca*
1 *re.*] Quamuis † Doctores communiter teſte hic Claro
noſtro, diſtinguendum exiſtiment inter locationem ad modicū
tempus factam, & inter eā
quæ fit ad longum aliquod
tempus, puta decē, vel plu
res annos; vt hæc non va-
leat? illa verò ſubſiſtat, Iac.
de Beluiſ. in c. 1.§.donare,
qualiter olim poterat feu.
alien.tit.9.lib.2.F. Laudēſ.
ibid.n.5. Mozz.in tract.de
feud.tit.ex quib. cauſ.feu.
amitt.nu.130.Vult. libr.1.
de feu.c 10.n.48.Borchol.
in Commenta.in conſuet.
feu.c.8.nu.36.Sonsbecc.in
Cōment. in vſus feud.par.
12.nu.84.Roſenth. in tra-
ctat.feud.c.9.mēbr.1.con-
cluſ.7.nu.8.& ſeq. vbi cō-
plures cumulatè allegat:
contraria tamen ſententia
quod videlicet quæuis lo-
catio feudi, ſiue ad breue,
ſiue ad longum tēpus fiat,
ſi modo fraudulenta nō ſit
ſubſiſtat, veriſimilior vide
tur. Tum quia locatio feu-
di ſimpliciter, abſque vlla
diſtinctione inter tempus
breue, aut longum, vaſallo
conceditur, d.tit 9 §.dona-
2 re.lib.2.F. † Tum quia lo
catio etiam ad tempus lon
gum alienatio non cenſe-
tur, l.nō ſolet 39. ff. locati.
ne quidē in ſuperficiario.
l.vlt.ff.de ſuperficieb. et lo
cator poſſeſſionem rei retinet.l.officium.9. verſ.denique ait.ff.
de rei vendic. His, & alijs rationibus hanc opinionem tuentur.
Pinel.ad l.1.part.3.num.66.cap de bon.matern. D. Obrecht.de
feud.c.3.n.127.Rudinger.lib. 1.var.lect.iur. feud.c.53. num.5.
cum ſeqq.D.Boc.in tract.de commodo, & iure ſenior. lib.2.c.
6.nu.146.cum ſeq. *Harpr.*

b *Ad modicum tempus.*] Et de locatione facta à Prælato ad
tempus nō longū, quòd valeat; licet nō obliget ſucceſſorem, niſi
facta ſit pro vtilitate Eccleſiæ: commune vide per Gabriel. Eu-
gubin.conſ.82.num.82.& in collecta mea commun.opin.verſ.
locatio. numero quarto. *Giach.*

QVÆST. XXXIII.

1 Q*Væro, an vaſal-*
a *lus* [a] *poſſit ſine*
conſenſu domini
feudum alteri lo-
care? Reſpon. de locatione ad
b *modicum* [b] *tempus, res omni*
caret difficultate. Sed de loca-
c *tione ad longum* [c] *tempus,* [d] *di*
d *cendum eſt, quod nō poteſt va*
ſallus id facere abſque conſen
ſu domini. Et ad hoc allegatur
Bald. in c. 1. §. aut ſi libellatio
quib. mod. feud. amit. quē om
nes ſequntur, vt dicit Iacob.
in verbo, Et cum pacto. de non
alien. nu. 15. & eſt communis
concluſio, vt dicit Curt. iun. de
feud. in 4. parte, in vltima cau
ſa amiſſionis feudi in 1. reg. q.
3. Bertran. conſ. 2. nu.4. lib.2.
in 2. parte. Eſt enim talis loca
tio ſpecies alienationis, vt di-
cam infra, §. Locatio.

2 *Pariter etiam non poteſt va*
ſallus ſine domini cōſenſu rem
e *feudalem dare* [e] *altri ad libel*
lum, Text. eſt clarus in c. Im-
periulem in princ. de probib.
feud. alien. per Frider. & ita
expreſſe determinant Doctor.
vt dicit Iac. in verbo, Ita etiā
quod ipſo, nu. 9.

3 *Idem etiam* [f] *dicendum eſt*
f *in emphyteuſi, eadem ratione*
vt ſcilicet non poſſit vaſallus
ſine conſenſu domini rem feu-
dalem dare alteri in emphy-
teuſin. Ita tenet gl. in c. Impe-
rialem, in princ. in verbo, ſeu
alienare, circa fi. Et eſt magis
commu. opi. vt dicit Curt. iun.
in d. 4. par. in 2. q. 1. reg.

4 *Scias tamen, quod quicquid*
ſit in puncto iuris, hodie ex ge
nerali cōſuetudine vaſalli pa
ſcua, terras incultas, eremos
feudales in emphyteuſin con-
cedunt. Et de hac conſuetudi-
ne atteſtatur Petr. Iac. & poſt
eum Io. Raynal. in d. c. Impe
rialem, §. 1. Io. Fabr. in §. adeò.
Inſtit. de locatio. quem refert
Curt. iun. in d. 2. q. Quod non
quia hęc conſuetudo ita tolera
ta excuſaret vaſallum a pœna
priuationis, quam de iure in-
curriſset, propter talem conceſ
ſionem emphyteuticā fectam
de re feudali.

c *Ad longum tempus.*] Item de locatione ad longum tem-
pus facta per Prælatum, & capitulum ex iuſta cauſa, & cū debi
ta ſolemnitate quod valeat commune, vide per Rol. in conſ.96.
nu.20.& omninò in d.colle.mea ſub nu.8. vbi de conſtitu. Pauli
Veneti Papæ II. memini,
quæ contrarium diſponit.
& de illius extenſione fa-
cta in rebus Eccleſiaſticis.
Giach.

d *Dicendum eſt.*] Hæc
eſt opin. Matth. de Afflict.
in d. c. Imperiale, nu.6 Iaſ.
in l.fi.n.122.C de iur.em-
phyt.Cur.iun. in tract.feu.
4.par.vlt. cauſ. amiſ. feud.
reg.q.3.locatio enim ad lō
gū tēpus parū diſtat ab alie
natione, & ideò prohibita
alienatione, cenſetur etiā
prohibita locatio ad longū
tempus. *Gouean.*

e *Dare alteri ad libellū.*]
3 Quod † alienatio feudi per
libellū, ſiue contractum li
bellariū facta iure ſit pro-
hibita, cōſtat ex tit.5. §.aut
ſi libellario, & tit.13.lib.1.
F. titulo nono, §. donare.
titulo 39. in fine principij.
titulo 44. & titulo 55. in
4 princ.lib.2.F. Eſt † autē cō-
tractus libellarius, quo res
in aliū transfertur iure vē
ditionis, ſcriptura interue-
niente, & certa pecunię sū
ma initio data precij nomi
ne, non tamen iuſti: & hoc
amplius conſtituta merce
de, ſiue pēſione annua ſol-
uenda venditori, vel certo
conditoq. tempore contractus renouetur, numerato rurſus pre
tio certo, vel arbitrario. Vult.d.lib.1.de feu.c.10.nu.49.Cuiac.
ad tit.2.lib.1.F. Borcholt.d.Comment.in conſuet.feu.c.3.n.45.
Bocer.d.lib.2.c.6 nu.186.& ſeq. *Harpr.*

5 f *Idem etiam dicendum eſt in emphyteuſi.*] An † & quatenus
vaſallus abſque domini conſenſu feudū ſuum in emphyteuſin
dare poſſit, poſt Clarum noſtrum hic, explicant Borchol.d.cō-
ment.in conſuet.feu.c.8.nu.37.Vvrmbeſer.de feud.obſeru.33.
Mynſinger.cent.6.obſer.30.nu.1.Mozz.de amiſſ.feu. nu.130.
& D.Bocer.d.c.6.nu.140.& aliquot ſeqq. *Harprec.*

QVÆ-

QVAESTIO XXXIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus an poſſit renunciare feudum in manibus domini, ipſo inuito.*
2 *Et poſt talem renunciationem poſſit offendere dominum.*
3 *Et an poſſit talem renunciationem facere in præiudicium agnatorum.*

Ex Additionibus.

1 *An vaſallus feudum ſuum domino inuito refutare, ſiue cedere poſſit.*
2 *An, & quatenus iſthæc refutatio agnatis ipſius vaſalli præiudicet remiſſiue.*

ADDITIONES.

a Domino inuito.] Adde, atque vide per Tiraquellũ de retract. municip. §.34. gloſſ prim. ſub numero ſexto, limita etiã, niſi vaſallus iuraſſet ad ſãcta Dei Euangelia, non cõtraſacere, & non contrauenire: quia tunc non poſſet refutando ſe liberare ab homagio, ſeu fidelitate. Ita per Baldum in capitulo quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. quem refert, & ſequitur Iacob. de Sancto Georgio, in Tractatu de Rhoyd. ſeu operis, numer. 42.43. Idem quod feudum vaſallus poſſit renunciare inuitis dẽtibus domini tradit etiam Iacob de Sancto Georgio in ſuis quæſtionibus feudalibus, quæſtione 14. numer. 22. & uide per Caſſian. Pute. in addition. ad Practic. Papienſ. tit. feu dum, Gloſſ. nec ſuperſtitibus addi, quia refutatio: vbi quid in feudo ligio, & quid in franco, & quid in emphyteuta, vel vaſallo, & quid ſi iuratum fuit, & promiſſum non contrauenire, & de alijs vide. Et de vaſallo proteſtante, & renunciante iuri vaſallagij propter retardatam ſeruitiorum remunerationem, vide per Afflictum deciſ. 307. & Orſi. Vaſallus tamen renuncians feudum in manibus domini, haud præiudicat filijs, ad quos poſt renunciantis obitum redire debet per Cęphalũ conſilio vigeſimonono, numero 2. *Giach.*

b *An vaſallus poſſit renunciare feudum in manibus domini, ipſo domino*
1 *inuito.*] Quod feudum vaſallus indiſtinctè domino etiam inuito refutare, ſiue renunciare, & cedere poſſit (nil remorante contraria Clari noſtri, & aliorum quorundam ſententia) tenent plerique è recentioribus, per textum generaliter loquentem in tit. 38. libro 2. F. Sonsbecc. in Commentar. in vſus feud. par. 12. nu. 116. Mynſing. centur. 5. obſeru. 65. nu. 7. Mozz. ſub titulo ex quib. cauſ. feud. amitt. numer. 8. Borcholt. in Commentar. in conſuet. feu. cap. 8. numer. 53. Vult. lib. 1. de feu. cap. 10. num. 76. & Roſenthal. in tract. feu. c. 9. mẽbr. 1. concluſion. 50. nume. 5. alijque plurimi, per hunc citati. *Harpr.*

b *Sed nunquid talis renunciatio præiudicabit agnatis ipſius vaſalli.*] An,
2 & quatenus † vaſallus ſine conſenſu agnatorum domino feudum refutare, & cedere valeat, & quatenus iſthæc refutatio, ſiue renũciatio agnatis vaſalli præiudicet, poſt Clarum noſtrum, & alios, latius exponunt Vulte. dicto libro primo, capit. 10. num. 76. verſ. ſiue autem volente, &c. & Roſenth. d. cap. 9. concluſ. 52. num. 2. & ſeq. *Harpr.*

QVÆST. XXXIV.

1 *Quæro, an vaſallus poſſit renunciare feudum in manibus domini ipſo domino inuito? Reſp. quod ſuper hoc articulo variæ ſunt Doctorum opiniones. Aliqui enim tenẽt, quod vaſallus poſſit, etiam inuito domino, feudum renunciare, dummodo id ipſius domini interſit: & videtur tex. in cap. 1. de vaſſallo qui contra conſtit. Lothar. & dicit Abb. in c. quæ in Eccleſiarum. nu. 19. de conſtit. quod ita communiter tenent Doctores. Hanc etiam eſſe communẽ concluſionem atteſtatur Curt. iun. de feud. in quarta parte, in vltima cauſa amiſſi. feu. in 31. q. prima regulę. quia cum principaliter feudum concedatur fauorem inueſtiti, merito videtur ei licere debere fauori ſuo renunciare. Contrariam autẽ opin. ſcilicet, quod imò nõ poſſit, tenet Bart. in l. is cum quo circa prin. ff. de aqua plu. arc. & dicit Alex. in l. ſi quis vi. §. fi. nu. 14. in fin. ff. de acquir. poſſ. quod ita magis cõmuniter tenetur, licit ſuper iſto articulo multa ſcribãtur. Et hęc opinio mihi magis placet. Cum. n. feudum ſit contractus nominatus, & vltro, citroque obligatorius, non debet eſſe in facultate unius, alio inuito, ab eo recedere. Eſſet tamẽ forte tutius tenere diſtinctionem, quã ſenſit gl. in c. 1. in gl. fin. de Cap. qui cur. vend. vt ſcilicet dicamus, quod quando pro feudo pręſtatur certum ſeruitium, eo caſu nõ poſſit vaſallus inuito domino ipſi feudo renenciare: ſi vero feudum ſit conceſſum ſimpliciter ad ſeruitium incertum, tũc poſſit renunciare. Et illam gl. in hoc eſſe communiter approbatam atteſtatur Iac. in verbo, qui quidem inueſtiti, nu. 29. & in verbo Et vnus ex dictis. nu. 1. Ita ẽt cõmuniter teneri affirmat Albertus in l. cum fructuarius. ff. de vſufruct. Fel. in d. c. quæ in Eccleſiarum, nu. 78. & ſeq. dicit etiam Mol. in conſuet. Pariſ. feud. §. 1. glo. 5. num. 3. quod ita diſtinguũt communiter DD. Idẽ dicit Zaſ. de feu. in 10. parte, in princ. 2. particulę, qui etiam in 12. particula, verſ. Secunda concluſio, dicit hanc eſſe communem opin. Et ideò licet vaſallus derelinquat rem feudalem: non tamẽ proptẽrea liberabitur a præſtatione ſeruitij, quod pro ipſa re præſtare tenebatur. Et ita eſſe commun. opin. atteſtatur Alb. in l. ſed an vltro. §. is autem verſic. 1. item alleg. ff. de neg. geſt.*

2 *Sed poſito, quod poſſit renũciare; Quæro, nunquid poterit vaſallus poſt talem renunciationem offendere dominum? Reſp. quod nullo modo debet eum offendere, propter reliquias pręcedentis vaſallagij, & amicitiæ, & ſi ſecus faciat, debet puniri. Ita dicunt omnes Doct. vt dicit Iacob. in verbo, Et vnus ex dictis. nu. 1. in fin.*

3 *Et hæc quidem omnia procedunt, quatenus ipſa renunciatio poteſt cõcernere intereſſe ipſius domini directi, vel præ-*
b *iudicium ipſius vaſalli renunciantis. Sed nunquid* b *talis renunciatio præiudicabit agnatis ipſius vaſalli, quando ſcilicet feudum eſt antiquum, ſeu paternum? Reſp. quod non pręiudicat. Ita tenet Bald. in c. 1. in princ. nu. 3. de alien. feud. pater, quem omnes ſequuntur, vt dicit Iacob. in verbo, Et vnus ex dictis. poſt nu. 8. verſ. Addit in quantum. Non enim poteſt uaſallus tollere agnatis ius illis quæſitũ ex tenore primę inueſtituræ, proueniens ex pacto, & prouidentia primi acquirentis, vt ſæpius dixi. Et ideò, dato etiam, quod huiuſmodi renunciatio feudi valeret, non tamen amplius durat in præiudicium agnatorum, quam ſi ea non facta feudum remanſiſſet penes ipſum renunciantem. Et in hoc omnes cõcordant, vt dicit Cuman. conſ. 167. nu. 2. Et ſic euen ente caſu feudum nihilominus aperitur agnatis, quam ſi per illum vaſallum aliqua renunciatio facta non fuiſſet.*

QVÆ-

QVAESTIO XXXV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus an poſſit rem feudalem ſine conſenſu domini pignorare, vel hypothecare.*

Ex Additionibus.

1 *Nunquid res feudalis a vaſallo pignori dari poſſit.*
2 *Omnis alienatio feudi regulariter prohibita.*
3 *Pignoris alienatio qualis.*
4 *Emphyteutæ oppignorare licet rem emphyteuticam, & vſufructuario ius ſuum fructuarium.*
5 *Argumentum ab emphyteuta, & vſufructuario ad vaſallum quatenus procedat.*
6 *Num vaſallo hypothecæ datio ſit prohibita.*
7 *Proprie aliud pignus, aliud hypotheca.*
8 *Proprietati verborum in dubio ſtandum.*
9 *Pœnalia, & odioſa magis reſtringi debent interpretatione, quam ampliari.*
10 *Qua feudi alienatione ſit vaſallo interdictum.*
11 *Hypotheca conſtituitur nuda conuentione.*
12 *Ceſſante diſpoſitionis fine, ceſſat etiam ipſa diſpoſitio.*
13 *Venditio vaſallo nequaquam permiſſa.*
14 *Alienatione prohibita, id etiam prohibitum videtur, ex quo ſequi alienatio poteſt.*
15 *Prohibitio alienationis odioſa, ac proinde reſtringenda.*
16 *Anne, ſi feudi dominus in oppignorationem conſenſerit, & poſtea, vaſallo ſine liberis mortuo, feudum ad ipſum dominum redierit, dominus ſatisfacere creditoribus teneatur.*
17 *Conſentiens contractui, ſuper re aliqua initio, cenſetur renunciare iuri, quod in re iſta habuit.*
18 *Semel conſentiens, huic conſenſui iure contrauenire nequit.*
19 *Dominus feudi rata habere tenetur ea, quæ ipſius conſenſu in feudo geſta, ſiue alienata ſunt.*
20 *Oppignoratione ius reale conſtituitur.*
21 *Pleraque ſecundum ſubiectam materiam accipienda.*
22 *An, & quatenus omnis conuentio intelligatur, rebus ſic ſtantibus.*
23 *Conſideratio c. 1. §. etſi clientulus. de alien. feud. tit. 13. lib. 1. F.*
24 *Omnis definitio, ſiue regula periculoſa.*
25 *Conſenſus an, & quatenus iuri proprio ipſius conſentientis præiudicare non ſoleat.*
26 *Natura contractus pignoris quæ.*
27 *Conſenſus à domino feudi oppignorationi preſtitus, etiam ad vſuras extenditur.*
28 *Sententia l. quæro 54. in princ. ff. locat.*
29 *Inſtantia diluitur.*
30 *Pignus eſt contractus bonæ fidei.*

ADDITIONES.

a Pignorare.] Hic ſcias regulam eſſe, rem feudalem pignori dari extraneo poſſe, abſque conſenſu domini: vide Duen. regul. 220. *Giach.*

Nunquid vaſallus poſſit rem feudalem alteri
1 *pignorare.*] Quod † vaſallus feudum ſuum pignori dare nõ poſſit, feudorum placitis diſerte deciſum eſt. cap. 1. circa princ. ibi, vendere, vel pignorare. de prohibit. feud. alien. per Frider. tit. 55. lib. 2. F. cap. 1. §. aut ſi liberatio. ibi, pro pignore plus medietate obligauerit. quib. mod. feud. amit. tit. 5. lib. 1. F. cap. vnic. §. fin. ibi, nam nec pignus. de inueſtitura de re. al. fact. tit. 8. lib. 2.
2 F. Eiuſque ratio non obſcura eſt: quia † omnis alienatio feudi regulariter prohibita cenſetur tit. 52. in princip. verſ. per multas enim, & dict. tit. 55. in princip. verſ. habito ergo conſil.
3 lib. 2. F. Atqui † pignoris datio eſt alienatio. l. vltim. ibi, vel pignoris nexum. C. de reb. alien. non alienand. alienatio, inquam, talis, qua poſſeſſio ad alium, puta creditorem, tranſit. l. ſi rem, alienam 9. §. propriæ. 2. l. cum & ſortis. 35. § 1. & l. debitor. 40. ff. de pignorat. act. l. per ſeruum 37. in princip. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. §. per ſeruum. 15. & l. qui pignoris. 36. cum l. ſeq. ff. de acquirend. vel amitt. poſſ. Licet quoad cauſam uſucapionis, debitor rem oppignoratam poſſidere dicatur d. l. 1. §. per ſeruum. 15. ff. eod. l. ſerui nomine. 16. ff. de uſurpat. & uſucap. D. Bocer. claſſ. 5. diſput. 19. th. 65. ad lit. F. edit. 2. & in tract. de iure, & commodo ſenioris, &c. lib. 2. cap. 6. nu. 159.
4 Nec obſtat, quod † emphyteuta rem emphyteuticam oppignorare poſſit. l. tutor. 16. §. fin ff. de pignoratit. act. l. lex uectigali. 31. ff. de pignorib. & hypoth. & uſufructuario permittatur uſumfructum pignori dare. l. ſi is, qui. 11. §. 2. ff. de pignorib. & hypoth. §. minus autem 1. in fin. Inſtitut. de uſu, & habitat.
5 l. 1. uerſ. ſed ſi uos. C. ſi pignus pignori datum ſit. Nam † argumentum ab emphyteuta, & uſufructuario ad uaſallum non procedit, quoties aliquid diuerſi in uaſallo iure feudali expreſſe ſtatutum reperitur, argum. cap. 1. uerſ. legum autẽ Romanarum de feudi cognit. tit. 1. lib. 2. F. Sed & diuerſa horum ratio eſt. Etſi enim fundus emphyteuticus, ſeu fructuarius oppignoretur: nihil tamen fit contra finẽ emphyteuſeos, aut uſuſfructus. At feudo oppignorato, finis feudi, ad quem conſtitutum eſt, domino plane interuertitur: quandoquidem uaſallus feudo priuatus, non amplius poterit domino ſeruitia feudalia, ob quæ feudum conſtitutũ eſt, præſtare; argum. d. tit. 52. uerſ. per multas. ibi, ac ita omnibus exhauſtis, & d. tit. 55. in princ. ibi, vnde debita ſeruitia amittebant. lib. 2. F. *Harprec.*

QVÆST. XXXV.

1 *Quæro, nunquid vaſallus poſſit rem feudalem al-*
a *teri* a *pignorare,* b *vel hypo-*
b *thecare ſine conſenſu domini? Reſpondeo, quod non.*

6 b *Vel hypothecare ſine conſenſu domini.*] Feudum † nec pignori, nec hypothecæ dari poſſe, præter Clarum noſtrum, opinantur Iacob. de Ardizone in ſumma feud. cap. 116. Martin. Laudenſ. in cap. 1. §. 1. num. 11. de prohibit. feud. alienat. per Frider. tit. 55. lib. 2. F. Iacob. Petr. de condict. ex mor. pro feud. apert. num. 3. Sonsbecc. in Cõment. in vſus feud. par. 12. nu. 100. Vulteius lib. 1. de feud. capit. 10. num. 43. Hackelm. diſput. 12. coronid. 1. Matt. Stephan. centur. 3. quæſtio. 3. & Rodingerus lib. 1. variar. lection. iuris feud. cap. 48. num. 7. & ſeqq. Verum contrariam ſententia, quod videlicet vaſallus impune feudum ſuum hypothecæ dare poſſit, veriorem eſſe, non ſine rationibus concludunt Bald. in d. cap. 1. §. 1. num. 1. de prohibit. feud. alienat. per Frider. & ibidem Aluarot. num. 2. Curt. iun. de feud. part. 4. num. 95. Frider. Schenck. in d. cap. 1. §. aut ſi libellario. quib. mod. feud. amit. Vvrmbſer. in pract. obſeru. de feud. obſeruat. 18. Hartman. Hartmani de feud. obſeruat. 20. Z. in epitom. feud. part. 9. num. 18. Fichard. conſil. 5. num. 5. vol. 1. D. Bocer. d. claſſ. 5. diſput. 19. th. 68. & d. tract. de iur. & commodo ſenior. lib. 2. cap. 6. num. 167. & ſeqq. Borcholt. in Commentar. in conſuetud. feud. cap. 8. num. 60. cum ſeq. Ioan. Niell. in diſput. feud. 6. the. 7. Roſenthal. in ſinopſ. feud. cap. 9. concluſ. 15. & in tract. feud. cap. 9. concluſ. 14. nu. 1. & ſeq. alijque ab eo laudati. Primo enim nuſquam hypotheca feudi, ſed ſemper nominatim, & in ſpecie pignus prohibetur,
7 dict. tit. 55. in principio lib. 2. F. & ſimilib. Quare † cum proprie aliud ſit pignus, aliud hypotheca, l. ſi rem alienam 9. §. proprie 2. ff. de pignorat. act. l. plebs 238. §. pignus, ff. de verb. ſignif.
8 §. item Seruiana 7. Inſtit. de actionibus. proprietati † verborũ in dubio ſtandum, & adhærendum erit, l. non aliter 69. in principio, ff. de leg. 3. Idque maxime hoc caſu fieri debet, vbi in materia odioſa verſamur: ſi quidem propter oppignorationem, inſcio domino factam, vaſallus feudo ſuo priuatur. Pœ-
9 nalia † autem, & odioſa interpretatione magis reſtringi, quam ampliari debere, exploratum eſt, l. cum quidam 19. ff. de liber. & poſthum. hæredib. inſtitu. l. ſi fuerit. 10. in fin. ff. de reb. dub. l. ſi præſes 32. in fin. & l. interpretatione 42. ff. de pœn. l. ſemper in dubijs 56. l. factum 155. §. vltim. l. rapienda 168. & l. ea, quæ 192. §. 1. ff. de regul. iur. capit. odia. 15. de regul. iur.
10 in 6. Deinde † iſta duntaxat feudi alienatione interdictum eſt uaſallo, qua poſſeſſio prædij feudalis transfertur, dict. cap. 1. §. callidis inſuper. ibi, feudum uendunt, & in alios transferunt. de
11 prohib. feud. alien. per Frider. tit. 55. lib. 2. F. At † per hypothecam non transfertur poſſeſſio: cum nuda conuentione conſtituatur, dict. l. ſi rem alienam 9. §. 2. ff. de pignor. act. l.

contra-